Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8209
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite
disciplinam et estote sapientes et nolite abicere
eam. Beatus qui audit me qui vigilat ad fores meas
ad tota die et obsistat ad postes hostii mei.
Qui me invenit inveniet vitam et hauriet salutem
a domino. Qui autem in me peccaverit ledet animam
suam. Omnes qui me odierunt diligunt mortem.
Vers. 9. Sapientia edificavit sibi domum excidit columnas
septem immolavit victimas suas miscuit
vinum et proposuit mensam suam. Et misit ancillas suas vocat ad me et impietibus locuta est. Venite comedite panem meum et bibite vinum quod miscui
vobis. Relinquite infantiam et vivite et ambulate per
vias prudentie. Noli corripere derisorem ne oderit
te. Argue sapientem et diligit te. Da sapienti occasionem
et addet ei sapientiam. Doce iustum et festinabit accipere
principium sapiencie timor domini. Et scientia sanctorum prudencia
quoniam per me enim multiplicabuntur dies tui et adicient
tibi anni vite. Si sapiens eris multiplicabitur multiplicetur
tendit ad bonum et qui abscondit abscondit salutem
Vers. 10. Filius sapiens letificat patrem filius
vero stultus mestitia est matris suae. Nil proficiunt
thesauri impietatis iustitia vero liberabit a
morte. Non affliget dominus famem animam iusti et
iniquitatem impiorum subvertet. Egestate operatus est
manus remissa dexterae autem fortitudo divitias parit
Benedictio dei super caput iusti os autem impiorum
operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibus
et nomen impiorum putrescet. Sapiens corde prae